

RUM ROSÆCRANTZIUM, DN.  
GEORGIUM AB ALEFELD, DN.  
OTTHONEM à POVVISCH, DN.  
HENRICUM à QUALEN, DN. HEN-  
RICUM BLUMIUM. aliosq; magni VE-  
RI in Naturâ ac scripturâ absconditi, indaga-  
tores lectissimos, causam cōmunis boni strenuè  
age. Nunquã suffragantibus superis me peni-  
tebit consilii, te suscepti Christiani obsequii.

Utinam multi Reges & Principes sum-  
ptus quos prodigaliter in milites feroces &  
truculentos grassatores ac publicos homicidas  
impendunt, dum ditiones suas evertunt non  
gubernant, dissipant non custodiunt, subdi-  
tosq; devorant non pascunt, et materiam sedi-  
tionibus, incrementa miseris, causam fleti-  
bus ubiq; suppeditant, militibus in Theosophia  
castris adversus mundum & triumphantem  
in eò inscitiam ac impietatem indefesso stu-  
dio militâtes impenderet, felicius res humana,  
& maiore cū ipsorū gloriâ, gubernarentur.

Duplex enim est militia (ut pulcherrimè  
Ferrandus Diaconus in Paranetico suo, qualis  
esse debeat Dux religiosus in actibus milita-  
ribus ad Reginum Comitem, scribit :) & duo  
genera militum sunt. Alios militia corpo-  
ralis laborare cum mundo, secundū volun-  
tatem

tatem